

Glo
1024


Nr. 99.

N. 6676

al.

c'4





Series contentorum

1. Hoffmanni Programma occasione collegii elegan-
tioris litteraturae.
2. Dornmeieri gratulatio de filio recens nato Hoffmanni
3. Lenzu Abbildung der Egnth. Religion.
4. Michaelis lvn. epistola gratulat. de herba Borith.
5. Hoffmanni summa doctrina christiana. 1730.
6. Lesseri epist. gratulat. de hoc opere theologico.
7. Gueinzu epist. de August. confessione, Pauli Dolscii
medici Italens. cura gracie reddita.
8. Schaarschmidii epist. de usu gaudii medico.
9. Nitsch ep. grat. de opinionibz medicorum, artis euhendepet
10. Geraci epist. ad Frid. Hoffmannum de vita Caspari Hoff-
manni Leobergensis. filejū
11. Lesseri ep. ad Fr. Hoffm. de lapidibz curiosis circa Nordhusa
12. Eiusd. ep. ad Bruckmannum de præcipuis naturæ &
artis curiosis musei Frid. Hoffmanni.
13. Stiebrix ep. grat. de Deo medico
14. Bohmeri ep. grat. de numeri septenarii felici augurio
15. Kirchneri Ode Veredicta de quibz medicis antitrinitaribz
16. Hoffmanni summa religionis christiana 1738.
17. Eiusd. conspectus dissertationum, librorum omniumqz
scriptorum, qua ab anno 1681. usq; ad 1739. edidit.

VIRO
EXCELLENTISSIMO ATQUE EXPE-
RIENTISSIMO
FRIDERICO
HOFFMANNO,
MEDICINAE DOCTORI CELEBER-
RIMO, EIVSDEMQUE AC PHIL. NAT. IN
ALMA FRIDERICIANA PROFESSORI PVBL.
ORDINARIO,
POTENTISSIMI REGIS BO-
RVSSIAE CONSILIARIO ET
ARCHIATRO,
MAECENATI SVO OMNI OB-
SERVANTIAE CULV VENERANDO,
DE FILIO RECENS NATO, EXIMIA SPE
SVAE FAMILIAE, ET AVGMENTO NO-
MINIS HOFFMANNIANI,
GRATVLATVR

M. A. I. D.

HALAE MAGDEBURGICAE,
Litteris CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr.

V I R O

EXCELLENTISSIMO AUCTORE EXCEP-
TIENTISSIMO


ERIDERICIO HOTMANO

MEDICINA DOCTORI GELLEBER
RIO, LUDISMOAE AC HIL NAT IN
VIAM MEDICINAM PROFESSORI PABL
ORDINARIO
POTENTISSIMI REGIS BO
VASSAL CONSILIARIO ET
ARCHIATRO

MAECENAS SVO OMNI OB
DE LITIO RECENS NAVIO, EXIMIA SPE
SAE TIMIDE ET AGEMINTO NO
MINIS HOTMANIANA
CARTULAR

M V D

HISTORICIS
LITERIS CHRISTIANI HERODIUS AEGYPTIACUS



Andem Tui voti damnatus es, VIR EXCELLENTISSIME, posteaquam dulcissima coniux masculam prolem, spem inclitæ Tuæ gentis maximam, fausto sidere nudius tertius enixa est, Tibique cumprimis lætandi, aliis congratulandi occasio-
nem attulit. Id quum hesterno die comperirem, tacitusque Tuæ domui gratularer: in mentem veniebat quædam epistola, a Philippo Amyn-
tæ filio, rege Macedonum, ad Aristotelem Philosophum olim consi-
gnata, cuius argumentum sic Gel-
lius

lius transtulit. Philippus Aristoteli
salutem dicit. Filium mihi genitum
scito, quod equidem diis habeo gra-
tiam, non proinde, quia natus est,
quam pro eo, quod nasci eum con-
tigit temporibus vitæ tuæ: spero e-
nīm fore, vt educatus eruditusque
abs te, dignus existat & nobis, & ista-
rum rerum successione. Nimirum
Philippus ille, statim vt in lucem
Alexander esset editus, ipsius edu-
cationem meditabatur, præcipuum
ratus ornamentum, si filius ad optimam
indolem ac virtutem adolesce-
ret: idque felicitatis inde sibi polli-
cebatur, quod Aristotelem naētus
esset, cuius in disciplinam Alexan-
der traderetur, ad humanitatis stu-
dia, regum personis non indigna,
inde a teneris, vt græci aiunt, vngui-
culis erudiendus. Ego vero, VIR
EXCELLENTISSIONE, quan-
do

do fortunam eam expendo , quæ
Tuæ domui his diebus adfulsit , ex a-
nimo gratulor , Deoque immortali
grates ago decentissimas' , primum
quod filius Tui nominis natus est ,
Tuæque gentis amplifier : dein-
de vero quia Te viuo ac florente
nasci contigit : spes enim est , fore ,
ut filius Tuis curis formandus , etiam
Tuo nomine dignus sit , & in lau-
des paternas paullatim succedat .
Magna sane felicitas est , honestis
parentibus ortum ac generatum es-
se ; sed horum fortunam longissime
superant , quorum parentes & pie-
tate clarent , & litterarum discipli-
nis exculti sunt : quæ pars tempora-
riæ felicitatis ut maxima iure cen-
tur , ita vix millesimo cuique con-
tingit , fitque sæpenumero , ut pa-
rentis cognomentum virtutibus for-
tunisque filiorum obsistat . Et hæc

illa ratiō est , cur multi Græcorum
Romanorumque , hæreditario voca-
bulo repudiato , aliud sibi nomen
adsciscerent , id quod annalium fi-
de comprobatur. Quamobrem fe-
lix is vtique dicendus est , cuius pa-
ter Philippus Macedonum rex erat ,
isque rex , cuius hæc laus litterarum
monumentis mandata est , quod ,
quum omni fere tempore negotiis
belli victoriisque fuerit exercitus , a
liberali tamen Musa se nunquam di-
iunxerit , quin docte comiterque
pleraque aut faceret aut diceret. Sed
vt verum fatear , V I R EXCEL-
LENTISSIME , felicitatem Tuæ
prolis potius , quam illam Alexan-
dri , prædicandam censeo , quoniam
& rege Philippo , & Aristotele Phi-
losopho , patre altero , altero præ-
ceptore Alexandri , tanto Te sapien-
tiorem comperi , quanto præstanti-

or

or est virtus speciosa virtutis æmulatione. Habes enim, **VIR SAPIENTISSIME**, habes non modo honorem splendoremque nominis, quem filio hæreditati relinquas; unde verendum non est, ne hicce THEOPHRASTI filius hæreditarium nomen deserat, quod antiquis temporibus Theophrastum reliquisse nouimus: sed quod maius est externo decore, habes etiam, quibus ipsum virtutibus exornes, quibus scientiis instruas, quo tandem dignus Te parente fiat, omniumque bonorum votis & exspectationi respondere possit. Quod ipsum ut ita eueniat, æternum. Numen precibus diligentissime veneror: his autem litteris, quas pietatis erga Te munus exigebat, Tibi, **VIR EXCELLENTISSIME**, de filio recens nato; huic autem de parente sapientissimo, & inclita familia,

milia , iterum iterumque gratulor.
Vale, Patrone Maxime , & in filio
tam dilecto Tuam imaginem diu con-
templare. Dabam a. d. xii. Calen-
das Septembreis cibis locis III. Halæ.

*EXCELENTISSIMI TVI
NOMINIS*

Cultor obseruantissimus


M. ANDREAS IVLIVS DORNMEIER.

Gb 1024.
S 8

W.M.

SC





2. 32

VIRO
EXCELLENTISSIMO ATQUE EXP-
RIENTISSIMO
FRIDERICO
HOFFMANNO,
MEDICINAE DOCTORI CELEBER-
RIMO, EIVSDEMQUE AC PHIL. NAT. IN
ALMA FRIDERICIANA PROFESSORI PVBL.
ORDINARIO,
POTENTISSIMI REGIS BO-
RVSSIAE CONSILIARIO ET
ARCHIATRO,
MAECENATI SVO OMNI OB-
SERVANTIAE CVLTV VENERANDO,
DE FILIO RECENS NATO, EXIMIA SPE
SVAE FAMILIAE, ET AVGMENTO NO-
MINIS HOFFMANNIANI,
GRATVLATVR
M. A. I. D.

HALAE MAGDEBURGICAE,
Litteris CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr,